



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XLIV. Mutitudinem cleri probandam esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Abusus opum,
non tollit
ipsas opes.

Episcopus
princeps a-
liorum prin-
cipum vti-
tur iure.

In paruo
magistratu
est emula-
tio.

Paupertas
in Republi-
ca non mi-
nus vitia
gignit, quā
diuitia.
In egestate
fastus ma-
gnus.

In paupere
Ecclesia plu-
res hereses
fuere.

§. 3. Luxum pariunt diuitiæ, fateor, & ambitio- nem; Honorum cupiditas duplici illecebra titillatur cum in vnum coniunctam animaduertit sacram, & profanam potestatem, sed non ideo ordo Hierarchicus, non ideo opum præsidia tollenda sunt, sed legibus bonis honestas & moderatus vsus est præscribendus. Bona Ecclesiæ in pauperes, in ministros Ecclesiæ, in doctores sunt expendenda. Episcopi qui principes non sunt, moderato vtuntur comitatu, qui principatum Episcopatu connexum habent, non est illis denegandus ornatus ille, quo in Republica alii principes vtuntur. Nullius prodigalitatem probo, omnium luxum condemno, decentem statum, magnificentiamque suadeo. Inter hæc censores Ecclesiasticarum opum miror; nam cum tot regum principumq; sæcularium, tot diuitum, tot nobilium insanos sumptus, lasciuia, & delicias intueantur, non tamen detrahendas per vim opes censent, solis prælatis inuident, quorum tamen est insignis moderatio, si cum aliis conferantur; grauius sine dubio peccant, qui de patrimonio Christi luxuriantur, cum tot canones rectum vsu illius, & ipta ratio imperet, sed vitia sunt hominum illa, non opum. Mihi sane videtur ambitio honore quidem accendi, sed tamen ea gubernatione, quæ est in sectatis Ecclesiis non tolli. Nam & in parua præfidentia est æmulatio, eoque facilius, quo communior est. Nonne in oppidis etiam paruis cum ambitione Consul eligitur; & in vicis prætorum filii magnifice se circumspiciunt? Agnoscunt factum, ambitionem, æmulationem suorum ministrorum multi hæreticorum, & in his Episcoporum defensor Sarauia, pag. 588. Miror si credat D. Beza minus ambitionis hodie minus anaritia, inter Ecclesiæ ministros, qui hebdomadam tantum præfident, & quorum tenuia atque accisa sunt stipendia: quam olim, aut inter præfatos Episcopos, aut inter eos, qui hodie Christum profitentur, & amplos habent redditus.

Non intelligunt illi se diuinam ordinationem reprehendere, quæ veteris testamenti sacerdotes, tot opibus instruxit, tot magistratibus ornauit, ac tandem gentis præfecturam & regnum dedit; quin & ipse rex Agrippa apud Caium proficitur, maius esse regno sacerdotium. De moribus dicere si vera oportet, non est negandum malis male agendi facultatem ab opibus præberi. Verum ita statuo, postquam legibus definita sunt omnia in Ecclesia, in ipsis diuitiis coli virtutem multis; nam paupertas etiam non in se, magnis tamen vitiis occasionem præbet. Splendor diuitiarum fastum auger, sed ego Fabricium Romanæ virtutis exemplar, omnium stylo laudatum, tanto fastu coxisse rapa opinor, quanto Pirthus solum conscendit: Male diuitibus imperare, inquit, quam possidere diuitias. An tibi imperator ille ab aratro parum ambitiosus esse videtur, qui reges & magnates seruos habere optabat? Delitiæ libidinum fomites sunt; & tamen in foribus prostibulorum, in schytarū barbarie, in occidentaliū Indorū nuditate ista vitia inualuerunt. Si de Ecclesia agendum est, præfatis temporibus grauiora scandala fuerunt, Simonianorum, Nicolaitarū, Gnosticorum, Carpocratianorum horrendæ obscenitates, imo omnino pluribus hæresibus tempora illa turbata, cum vel ambitio, & opum cupiditas secessionis ansam tribuit. At subsequenteribus sæculis pauciores sectæ fuerunt, minusque sparsæ, & quæ hodierno tempore sinceritas præfata religionis est, Episcoporum potentie debetur.

§. 4. Non abs re dictum est;

Crescentem sequitur cura pecuniam.

Maior tamen illa est cura, cum & pecunia deest, & queritur; nam opes quæ sitæ occupant, dum queruntur autem, necant. Hoc igitur agendum est, vt cupidinum diræ radices euellantur, quæ cum perseuerant, & per inopiam agitantur mirabiliter crescunt, totamque animam mentem obtrinent. Nam inops aua-

ritia nihil turpe arbitrat, quod lucrosum est. Denique iam adeo contempta est prædicantiū aua paupertas, vt nemo honestus prouinciam illam ambiat, qua de re Beza, & Adriano Sarauia communis est querela. p. 8. de diuersis ministrorum gradibus. Sollicitudini tamen, & inuiti occupationi subueniri potest per omnium Episcoporum Oeconomos, de quibus multa ius canonicum; per administratores, de quibus veteres, & recentes; per elocationes, per alia curarum compendia.

Anarapra-
dicantium
paupertas
irridetur.

CAPVT XLIV.

Multitudinem Cleri probandam esse.

§. 1. ALI est, eaque inuidiosissima querela de Ecclesiasticorum multitudo Ecclesiasticorum; postquam enim animo conceperunt, Ecclesiasticos turbam esse multitudinem inutilem, ociosam, ad paucitatem eam redigendam esse iudicant; nec esse ex Republicæ utilitate, tantas opes in eos, qui in commune non laborant, absumi. Neque alia magis ratione Ecclesiasticos traduxerunt nouatores apud rude vulgus, quam ocii accusatione.

§. 2. Nulla tamen Ecclesia suorum sacerdotum ocium a ocium probat, sed quicquid à rebus necessariis ocii super est, totum diuino honori, psalmis, hymnis, lectioni, orationi, meditationi, docendis populis, hortando, consolando, iudicando, discordiis sedandis, operibus misericordiae corporalibus, & spiritualibus impendendum est. Quæ de re cum aliis locis à me copiose actum sit, non est necessaria repetitio. Carolus etiam Borromeus in suis Synodis statuit, vt visitatores inquirerent, quo modo tempus Clerici transigerent: Ad labores enim vocantur, quicunque in fortem Domini vocantur, qui in laboribus fuit à iuuentute sua. Incongruum est enim ociosum esse, & de alieno labore victum querere, sed habenda sedula ratio officii est, 13. q. 1. Ecclesias, & distinet, de consec.

§. 3. Clerus noui testamenti officiis suis ita occupatur, vt Leuitæ in veteri testamento penitus ociosi videri possent, si cum his conferantur. Qui igitur ocii Ecclesiasticorum culpant, aut nimium esse querunt, quod secundum canones nullum est, Domini institutionem reprehendunt. Leuitarum erant officia portare tabernaculum, & in eodem seruire, hæc in exodo. Leuitico, Num. deut. clare & singularim exponitur. Prior occupatio non magna erat, nam tabernaculum distributum in plures facile portabatur; præsertim cum principes tribuum sex plaustra, & duodecim boves obtulerint, quorum præsidio vterentur; postquam in terram promissionis ingressi sunt, longo tempore mansit arca in vno loco, vt in silo, rarus itaque fuit transferendi labor. Postea ædificato templo penitus cessauit; Dixit enim Dauid: Requiem dedit Dominus Deus iure in Israel populo suo, & habitationem Ierusalem vsque in æternum. nec erit officium Leuitarum vt amplius portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum, 1. par. 23. 25. & v. 27. Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima, supputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & supra. Et erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis, & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerii templi Domini. Sacerdotes autem super panes propositionis, & ad similia sacrificium, & ad lagana azyma, & sartaginem, & ad torrendum, & super omne pondus atque mensuram. Leuita vero vt stent mane ad confitendum & canendum Domino, similiterque ad vespertinam tam in oblatione holocaustorum Domini, quam in sabbatis & Calendis & solennitatibus vniuscuiusque rei, iugiter coram Domino. Et custodiant observationes tabernaculi faderis, & ritum sanctuarii, & obseruationem filiorum Aaron fratrum suorum vt ministrent in domo Domini.

Leuita ocio-
supra nostro
Clero.

Nemo scilicet
ociosus.

Officium
Leuitarum,
portare ar-
cam, & ser-
uire in ta-
bernaculo.

Hoc autem officium per vices exquebantur, vt supra

Fides erant
24.

supra dixi, erant vices raræ; nam erant 24. nunc vero singulis diebus præter omnem alium laborem ad canendum, orandumque stare in conspectu Domini oportet; itaque si vetus respublica prudenter a Deo est instituta, habuitque leges, & iudicia sanctissima, multo magis id de noua dicendum, in qua pietatis multo etiam deuotior cura habita est.

Fidus la-
borem non
nisi sudori-
ferum agno-
scit.

§. 4. Non est maligni, atque inuidi vulgi audientium de ocio & labore iudicium; nam laborem non æstimant, nisi quo corpus arteritur; curas, studia, orationes, psalmodias, scriptiones in censu laborum non habet, cum tamen labor ille sit acerrimus, qui sine dolore sensum vitam erogat. Ocio non agunt tot centena millia variis artibus, scientiis; studentium, artes alias exercentium; vt pictorum, sculptorum, aliorumque quorum labor ingenii potius vim, attentionemque animi, quam lacertos postulat.

Obiectio
contra Ec-
clesiasticos.

§. 5. Non tamen vel inuidia conuiscit; Quantū Reipublicæ prodesse, si agrum colerent, ligna cederent, cetera opera mechanica ederent, quos nunc cantantes, orantes, ociosos regna multa sustentant? Imo quantum detrimenti Reipublica caperet, si Dei cultus minueretur, ministerii eius ad opera liberales additis? Venit mihi frequenter in mentem, hominū ingratitudinem admirari, & deesse; quibus omne quod Deo impenditur nimium videtur, cum a Deo tamen habeant omnia.

Grauari Ecclesiasticorum multitudine rempublicam queruntur, nos videamus quānam eam grauet.

Vna in regione numerum cleri videamus, & sumptus. Legi in obseruatione itineraria cuiusdam amici, qui in Hispania nouem Archiepiscopos numerauit.

Tota summa Archiepiscoporum, & Episcoporum est 1350000. ducatorum, cleri & monasteriorum duplam ponamus, erunt igitur milliones quatuor, & 500000. quæ summa exigua est, si regnorum magnitudo & opes spectentur; & magna tamen pars bono regni seruit. Exiguam esse summam alia me obseruatio amici docet, nam in duces, Marchiones, Comites annuos redditus insumi 3862000. ducatorum demonstrat. Alia summa ex aliis mihi tradita est in coronide Iubilorum, quo lectorem remitto.

Tot regno-
rum clerus,
non aequat
vnum vr-
bem.

Nunc opus est docere, Clerum Hispaniæ regno non esse grauem, quamuis nulla politica officia patriæ præstaret. Nam pars exigua tanti regni est clerus. Vna ciuitas nobilis plus hominum, reique habet, quam Clerus vniuersus. Constituamus sane Clericorum esse centum millia in regnis Hispaniæ, non tamen centessimam hominum partem conficiet. Tolerum aut Hispaniæ multis partibus superabit; quid vero magnum esset, si ex tot magnis ciuitatibus vna ex clero collecto confici posset?

Regna Hispaniæ sunt, Murcia, Valentia, Catalonia, Aragonia, vtraque Castilia, Nauarra, Biscaia, Leon, Galitia, Asturia. Vndecim regna sunt, & inæqualia, ex his vnum si assignauero Clericis, minus dabo; quam olim Deus Leuitis; sit v.g. Regnum veteris Castiliæ, quod habet cum Metropoli, quam vocant Burgos, centum octoginta ciuitates. Harum decimam partem totius Europæ Clero non impleuero. Non igitur est Cleri magna multitudo, si cum aliorum innumera frequentia comparetur. Cum igitur in populo Catholico, & pacato, vbi numerosissimus Clerus esse vix centessimam habeant, non est quod quisquam queratur, nimium multos esse qui Deo seruiant.

Quod si Belgium spectemus quale ante Bella fuit, ducentas octo vrbes muratas, centum quinque pagos instar oppidorum, præter ingentem pagorum numerum habuit. Clerus illius si in vnum conueneret, integram urbem ex decem maximis non conficeret. Nego enim vniuersum Belgii clerum numero pa-

rem vni vrbi talieffe. Gandau, Insulis, Antuerpiæ, Vltraiecti, Amstelodami, Dordraci, Harlemi, Leouardie, Atrebat, Valencenis, Louanii plures sunt incolæ, quam toto ex clero confici possint; itaque partem ducentissimam Clerus non constituit.

At vero si ducenti, vel etiam centum alant vnum sacerdotem, non debet graue videri, cum in Dei Reipublica decem, aut quinque potius, si redditum spectes vnum aluerint. Impietatis ergo est tam iniqua querela, cum tam multa Reipublicam inteter, tantum in Dei seruos, & doctores virtutis, iuris & æqui conferre culpam, qui ideo non grauant, quia pauci sunt, quia plurimum profunt.

§. 6. Si igitur quæris, qui hominum noxi sint reipublicæ; dicam libere. Primum, Iudæi; Eorum numerus multo maior est vniuerso Clero, vnam, alteramue urbem nominare possum, quæ multo plures fouet, quam sint Ecclesiastici in toto Archiepiscopatu Moguntino; sed non alimus modo eos, sed ex torore, fraudibus, flagitiis alimus, & quod premit Reipublicam, diramus. Secundo, Artifices superuacui. Si dubites circumspice nundinarum merces, inuenies magnam partem, quorum non indiget vsus. Pudet dicere; tantum hominum vrbicorum ad luxum occupatur, quantum ad necessitatem, plures superbia, curiositasque occupat, quam vita. Illi si vtilia tractarent, si agricultura, piscatione, cæteris occuparentur, duplo esset maior viuendi copia. Exemplum delideras? ante annos aliquot inualit infamia sericorum legementorum, vt nulla vestis decora censeatur, nisi eam circa funiculi byssini discurrant, ita vt crebro materiam ipsa parerga superent, & iam luxus aurum, argentumque in fila deduxit: sumptum esse superuacuum nemo dubitat. At tu, qui pro Reipublicæ bono Cleri numerum minui iustum censēs, eade abacum, rationes subduce; conuincam in Europa plus sumptum in hoc duntaxat nugaturum genus, quam in totum clerum impendi, totum, inquam, qui in Europa est clerus: nec hoc modo; sed plures esse, qui contexendis non pannus sericis, sed hiametis illis destinetur, quæ sint in toto clero. Tercio, Abuti omnium artificiorum mechanicorum affirmo Reipublicam pessundari. Nam quæ minore labore fieri poterant, operoso sumptu ciues exhauriunt. Ambitio, luxus, nouarum rerum studium eo vsque excreuit, vt ciuitas, quam ante annos centum sartores decem vestisterant, iam quinquaginta desideret: tot modis vestium simplex vsus adulteratur. Quam multos videas, quibus nihil in veste integrum, ne in calceamentis quidem placet, adeo ipsa damna luxuriæ placuerunt. Quid igitur si dicam in superuacuum sartorum, sutorumque sumptum impendi tantas opes, quantis clerus, qui nunc est in Europa, possit ali? Mirum videbitur ignaro, verum si ad calculum veniatur, ostendam, in Zonarios, Limbolarios, acupictores, calanticarios, tinctores, fibularios: & si pro fibulis nodos v-surpemus, nodarios, impendi. Si enim ad fibulas, & vncinos redire placeret, aliquot millionibus in Europa parceretur; quantum enim serici, temporis; in nodos vestium quibus colligantur, ornanturque insumant magna pars hominum, neminem latet.

Quarto, Omnes qui artes infames, leues, omnino inutiles profitentur, vt sunt coniectores, Arioli, scenaratores, petaurista, histriones, saltatores, tibicines, totum hoc genus, quod alienis de vitis viuunt, si ad vtilis res vocetur annonam leuabit. Quinto, De coquis, dulciariis, & toto illo genere artificum voluptuorum dicere superfluo. Hac finio sententia. In ciuitate duntaxat necessariae artes locum obtineant, & dimidio eius, quod nunc insumitur, rectius, quietius, iucundius, felicius viuatur. Huius dimidii centesima parte ali clerus poterit.

Belgii to-
tus Clerus
non aequat
vnius vrbs
incolas.Non cleri-
ci, sed alii
obnoxii
sunt Reipu-
blica.
Iudæi.Inutilium
rerum ar-
tifices.Sumptus in
chordeillas
sericas.Artem ad-
uicis Reipu-
blica no-
xius.Artes infame-
mes.

Cleri potē-
tia utilis
principibus.

Melius pau-
cos esse bo-
nos, quam
multos inu-
tiles.

Parochi à
prebendis
populo sa-
cri.

Olim curio-
nes apud
Romanos.

Perpetui
Vicarii ex
abusu.

Parochi re-
ditus & ho-
nos infra
canonicos.

Parochia
recte consti-
tuenda sūt.

Boni Para-
chi collo-

§.7. Clerum igitur & diuitem, & copiosum esse sa-
luberrimum est reipublice; reges & principes eos
semper experti sunt fidelissimos, arces, & vrbes illis tu-
tissime commiserunt, exemplo Dauidis. Quod si ta-
men multi sint inutiles noxiique, opportunis ratio-
nibus illi corrigendi, quod non difficulter consequetur
princeps, si vel vnum bonum Episcopum, aut Ar-
chiepiscopum nanciscatur. De hisce placet Clementis
constitutio, quæ est distin. 2. c. 3. Tales ad ministerium
eligantur Clerici, qui digne possint dominica sacramenta tra-
ctare: melius est enim Domini sacerdoti paucos habere mi-
nistros, qui possint Dei digne exercere, quam multos inuiles,
qui onus graue ordinatori adducant. Graue plane onus est,
qua aliqui inutiles, aut prauit totum ordinem infamant.
Sed propter vitiosos non est ordo abiiciendus,
sed reformandus, substitutis in eorum locum melio-
ribus. Neque enim magistratum e medio tollunt,
quia nonnulli vitiosi, sed idoneos in decedentium
loca subrogant.

CAPUT XLV.

Parochia augende, ornande.

§.1. **P**arochos quidam Paræcos ἀπό τῆς παροικίας
nominant; est enim παροικία vicinia, habita-
tio, hominumq; conuentus, sed malo vsum sequi,
quam Budæum, qui in commentario lingua Græca
ita dicendum affirmat. Malo itaque dictos à præben-
do ἀπὸ τῆς παροικίας, quod sacra præbeant populis, quæ-
admodum Parochia apud Romanos Græca voce no-
minamus, qui legatis, & magistratibus præbebant
Ligna salemque;

Iidem Curiones, sed rarius dicuntur, quod è curiis
Romanis olim qui sacris præessent eligerentur. Hi
præcipue in Christiana republica à cura animarum,
dicuntur, Curiones, Curatores, Curata beneficia pos-
sidentes. Rectores & Plebanos etiam iura appellant.
Rectores quidam perpetui, seu vicarii perpetui dicti
sunt, qui in locum rectoris ab Episcopo instituti sunt,
ne ad assiduam residentiam teneretur rector prima-
rius, quæ res leui initio introducta, nunc in diuites ius
parochiarum multarum transfudit, & vicarios substi-
tuit parum idoneos, deriuatis alio prouentibus.

§.2. In Ecclesiis Germanicis, parochiis præsertim
oppidorum, & pagorum minus commode prospectu
est. Defectus est in sustentatione Parochi: cum enim
necesse sit Parochum esse doctum, laboriosum, vitæ
bonæ, cum magni sint eius in canendo, concionan-
do labores, periculaque, minor est tamen quam ca-
nonicorum prouentus, minor etiam dignitas æsti-
matur. Graue itaque hoc est Ecclesiæ vulnus, & ab a-
nimoso, fortique visitatore sanandum. Hoc erratum
est. Moritur canonicus, mox viginti ad collatorē con-
uolant, aliquando precio redimunt. Ad parochos id-
oneos habendos necesse est seminaria instituere, spe-
canonicatum omnia aguntur, parochorum onera
plerique refugunt.

§.3. Parochorum bene constituendorum vna est
& facilis ratio, si parochia constituantur recte. Hoc
est eiusmodi sint parochia: vt tanto desiderio expec-
tantur, quanto Canonicatus. Sint labori non omni-
no fructus impares. Hoc potentius est remedium,
quam omnia alia, quæ vsurpari possunt. Sunt parochi
quasi parui Episcopi, qui verè officium in suis po-
pulis presbyterorum exercent, itaque liberaliter
illis subueniendum est. Præfunt enim verbo, & o-
pere.

§.4. Cura illa ita est Episcopo demandata, vt nul-
lo modo salutem ipsæ consequi possit, nisi diligentes,

bonos, doctos, industrios parochos constituat; nam
parochi sunt, qui plebem instituunt, exemplo præbe-
unt. In eadem causa sunt, omnia capitula, & pro suo
munere singuli capitulares, abbates, monasteria
quibus ius est parochias conferendi; nam parochias
olim illi administrarunt, nunc alios substituant, &
cura tamen ad illos pertinet, reddereque rationem
tenentur. Itaque cum sit peccatum mortale, indignū
parochum instituere, aut non punire, non amouere,
consequitur, non modo Episcopos, sed capitulares,
qui suo suffragio talem constituunt, aut tuentur, aut
non agunt cum possunt, vt amouatur, peccare mor-
taliter. Nam cum fere illis in locis decimas accipiant,
sub mortali peccato tenentur illis prouidere, de ido-
neo parochio, vel ex suo corpore aliquem delegando,
vel tantum parochio redituū concedendo, vt ido-
neum habere possint; Timendumque est ne hac ne-
gligentia multi capitularium pereant. Quod si etiam
pereant negligentia parochi, eorum culpa pereunt,
quorum est vigilare, vt parochi officio fungantur.
Nam reuera vt imperatores fortes, ordinumque seruā-
tes milites, & duces industrios, ita quoque exci-
tatos, & zelosos parochos conquirere debet Episco-
pus, & capitula, eos excitare, visitare, hortari. Sancte
in Mediolan. decretum est: Summam vim ac necessita-
tem habet illa Domini sententia: Speculatorem dedi te domui
Israel; & alio item loco, diligenter agnosce vultum pecoris
tui, & considera super greges tuos, vt Episcopi quanta maxi-
ma possunt, diligentia obseruent sibi commendatum gregem,
neque ab eo vnquam oculos deiciant, quid ei opus sit animad-
uertentes, vt ex propheta sententia contrarias partes aligare,
infirmas consolidare, egrotas sanare, abiectas eius reducere,
perditas requirere & recuperare possint.

Deinde perpetuos eius oculos ponit Vicarios foraneos, vt
Episcopus in vrbe etiam externum gregem facilius quasi præ-
sens intruere & curare possit: deligat aliquot probatos sacerdo-
tes, quibus singulis, imposito Vicarii foranei nomine tribuat
certas regiones diocesis suæ. Id autem munus ad Archiepresbyte-
ros, Archidiaconos, qui in diocesi sunt, & Præpositos, aliosque
Ecclesiastica dignitate præditos, quos idoneos iudicauerit, potis-
simum deferat, sin minus, ad alios Auctores, qui apti sint ad
huiusmodi officium.

§.5. Quomodo igitur parochie instruantur, vt id-
oneos habeant pastores? Quæ quidem bonos redditus
habent, facile acceptantur, quin vltro ambiuntur.
Tenuis in vrbeb; facile iuantur, si opimus cano-
nicatus, vicaria, aliudve simplex beneficium illis in-
corporetur. Nusquam sanctus de beneficiis dispo-
nitur, ita Colonia; atque alibi factitatum, hinc cele-
berrimi pastores illis in vrbeb; versantur. Id maxime
prælati, & Pontifex orbique suspirat, cum in
Cathedralibus, collegiatisque sint viri multi excel-
lentes, ne parochia destituatur; præsentias enim so-
las parochio negant, cætera concedunt. Concil. Me-
diolan. 4. Parochus vero, qui canonicatum dignitatemue, ac
simul Ecclesiam parochialem legitime obtinens, residentia pa-
rochialis munus obit, vt literis Pii V. Pontif. Max. sancitum
est, illius vel dignitatis, vel canonicalis prebende fructus redi-
tusue capiat: at tertia eius partis ne particeps sit, quæ eiusdem
Tridentinae sanctionis auctoritate, in distributiones conuersa,
sibi absenti obuenire non potest, nec debet; sed aliis præsentibus,
chorisque officia obeuntibus, accrescat, aut Episcopi arbitra-
tu, fabrica Ecclesiæ, pise sue locis attribuat, ad eiusdem. Conci-
lii Tridentini præscriptum.

Concilium Colonienſe anno 1536. ita de his sta-
tuit parte 8. Cum lex diuina precipiat non alligandum os
boni triuuantis, quod vtrique non boni causa, sed propter nos
dictum Christus in Euangelio explicat: Dignus, inquit, est
operarius mercede sua. Ac Paulus toto cap. 9. prima ad Corin-
thios confirmat. Quis enim militat suis stipendiis vnquam? Quis
plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paciscit gregem,
& de lacte gregis non manducat? Neque enim magnus est, si
quis

candi obli-
gatio.

Quid sine
ipſi inſpi-
ciunt, nec
parochos
conſtituunt.

Vicarius
viſitatores
habeat.

Simplicia
beneficia
incorpora-
da.

In
ple
dec
uer
nu
bea
rui
tor

Con
nat
re p
tuat
re
alio
am
reſp

Qui
dus
dost
nat,
nomi
iure
uatu